

כּשֵׁם יְהוּדָה

DISSERTATIO ACADEMICA,
EMPHASIN
SIMILITUDINUM
 NONNULLARUM SACRI CODICIS
 E REGNO ANIMALI
 EXHIBENS,

Cujus PARTEM POSTERIOREM

*Suffragante Ampliff. Facult. Philos. in Regia ad Au-
 ram Academia,*

PRÆSIDE,

VIRO MAXIME REVERENDO atque CELEBERRIMO,

D^N. CAROLO ABRAH.
CLEWBERG,

L. L. O. O. & Græc. PROFESS. Reg. & Ord.
 Nec non Facult. Philos. h. t. DECAN. Max. Spect.

PRO LAUREA

Publicæ bonorum censuræ subicit

DAVID P. **TSWISSA,**

WIBURGENSIS.

D. XXVII. JUN. ANNI MDCCLVII. In AUD. MAJOR.

H. A. M. S.

ABOÆ, Impressit Direct. & Typogr. Reg. Magn. Duc.
 Finland. JACOB MERCKELL.

S:Æ C:Æ

RUTENORUM MAJESTATIS
MAGNÆ FIDEI VIRO

D^N. JOHANNI ANDR.
HOFFMAN,

In Camerali isto Collegio, cujus curæ demandata sunt ne-
gotia Provinciarum Estoniæ & Livoniæ,
CAMERARIO SUPREMO
MÆCENATI MAGNO.

Sortem, unicuique suam ut Summus rerum Humanarum
Arbiter assignat; ita & Idem mortalium opera, quos o-
pibus, auctoritate, gratia eum in finem sapienti consilio
instruxit, sua nobis beneficia plurima largitur. Iis
igitur partem nostræ felicitatis, post Deum, tribuendam
censemus: eos Mæcenatum titulo salutamus: eos debito
honore ac cultu prosequimur, veneramur. Hæc Tu Vir
Amplissime animo volvens, ne mireris, me opusculum hoc-
ce levissimum, Tibi sacrum esse, voluisse. Tot enim bene-
ficia Tua in Fratrem meum carissimum fuerunt, ut an a quo-
piam plura vel majora expectare liceat, dubitarim. Suam
namque fortunam, Te Auctore, Te Moderatore, Te Du-
ce, promotam Tibi nunquam non adscribere debet. Susci-
pe igitur, Patrone Indulgentissime, lata, uti adsoles, fronte,
sinceræ mentis egenum pignus, resque meas Tibi quoque ha-
beas commendatissimas. Meum erit pro Tua Nobilissimaque
Familia perpetua felicitate vota nuncupare calidissima.

AMPLISSIMI NOMINIS TUI

Cultor devotissimus
DAVID P. STURER.

Kyrkoherden i Rymmene församling
Wälårewyrdige och Söglärde

Hr. ERIC INDRENIUS,

Kyrkoherden i Villmanstrands Stads och Lapwesi
Lands församlingar

Wälårewördige och Söglärde

Hr. ANDR. LANGELL,

Bokhållaren i Rymmene Härad

Adle och Sögachtad

Hr. ERIC NORDMAN,

Min Högtårade liäre Swåger.

N Jag wägar tillägna Eder Mina Herrar detta ringa
arbete såsom et wedermåle af den wördnad och Högs
aktning, som mit inre huser för Eder, mågen I, Mi
na Herrar, billigt tillskrifwa de många och stora wälgiernin
gar jag af Eder åtniutit. Jag wet wäl, at en så ringa gåfs
wa ej kan swara emot Eder stora mig betedda ynnest; dock
I behagaden uptaga wiljan för wärcket och tillåta, det jag
under en beständig och oförändrad lyckas anönskan, kallas

Mine Herrar

Eder

Sömiakasse tienare

DAVID P. STANER.

Encke Frun
Wälåreborna och Dygdådla

Fru ANNA SERLACHIA

Min Högtårade Kiära Farmor.

ME med en Hanna uti runda otta och fyratio år lefwat
uti Enckesånd, är wäl ei mindre undreanswärdt, är
hennes exempel efterföljande, uti böner och fasto til
Gud, är upbyggeligit och alla Gudålskande behageligit. Här
af är Min Högtårade Kiära Farmor et witne, som ej allenast
uti åfwen så lång tid, lefwat under de hårdaste lyckans anstöd-
ter, sin tid igenom, utan ock jämte en sann och upriktig Gud-
aktighets utöfning, fölt, at nedlägga hos de af min Högtå-
rade Kiära Farmors sköte uprunna telningar sådane frön, hwar
af genom den Stora Gudens wälsignelse, des kannedom och
en rättssakens dygdewandel upwäyer. Jag som ock haft den
oskattbara förmögn, at i så wårda tancfesätt af Min Högtå-
rade Kiära Farmor blifwa upammad, och därhos så ofta blif-
wit understödd til mina Studiers fortsättiande; anser då den-
na dagen för den nögdaste af alla mina lefnads dagar, då jag
har åran, at upoffra detta ringa arbete Min Högtårade Kiära
Farmor. Jemte tråagna böner til Gud, för Högtårade Kiära
Farmors sällhet och wälgång, skal mit bemödaude wara, at
som sig wederbör, bära namn, af

Min Högtårade Kiära Farmors

Edmiuke Sonason

DAVID P. STARR.

Wälärebörna och Dygdådla Fru

MARIA MAGDALE- NA GÖSLING,

Min Huldaste Kjära Mor.

Så många sätt plåga ömsfinta Föräldrar draga om
sorg, huru de dem så hjära barn måga komma fort
i werlden; men bland dem tyckes, den äga förrådet,
då de hafwa all kostnad ospard, at dem läres allahanda nö-
diga och anständiga Ydrotter, bland hwilcka dock bokliga kon-
ster äro de förenämsta. Ty härigenom lägges den waraktiga-
ste grund, til deras sällhet, i framtiden, och bör derföre så
mycket mera skattas, som den aldrig kan enom beröfwas, hwil-
ket ock en wijs intygat, då han, efter utståndit skeppsbrott,
sade sig hafwa allt sit med sig: hwaremot de andra förlorade
allt, hwad de ägde. Allt ock Min Huldaste Kjära Mor sökt
lämna mig et så waraktigt arf, intyga nogsamnt de, uti flere
år, på mina Studiers förkofring använda dryga omkostning-
gar. Min skuld för allt sådant kan aldrig betalas, ty den om-
sorg Min Huldaste Kjära Mor haft om min förkomst, sträcker
sig så långt, at jag wid des beprisande ei wet, hwar jag skul-
le börja, och hwar jag skulle sluta. Jag lemnar då detta,
och i säker förtröstan tilägnar Eder närwarande ringa arbete,
hwarutinman I Min Huldaste Kjära Mor, ägen den största
del, såsom et teki, af den barnsliga wördnad, hwaras mit in-
re alltid brunnit. Jag är, til mit sista

Min Huldaste Kjära Mors

Yrdaste Son

DAVID P. STURER.

Onnen Toivotus.

Kirkkellesäni tääl Itäpuolen pienesä loulkaas,
 Saiman Sataman luon', Eusa Corcan Corcan lanno,
 Luajong' laitorest mull suot' on pikanen Pensas,
 Jonga wariosa Suoll' mä Caizen Laumain Lambait:
 Latelet Cans wisuust, Cuing poikimens lendele Luicoi.
 Eäsä siis symeres ihanasti Caicupi Corwan,
 Cuing' sä Langoni tuoll' Turun awaras Tuwas' Auran,
 Berelet Bertauri Eländen, Ramatust ratti,
 Cans nijden painon sywydest latelet lausuin,
 Latelet, Cuing' Perkel Salopeuran Kiuckann on werratt,
 Jong Cuiteng Kristus, se Judan Esona urho,
 Woit wäkewäll woimall, Cawig' on ehl' hiljalla nöyryll.
 Cuing' synniin myrkyn hawakewa Sielu ja Sydän,
 Hautian halunsa Cans on Peuran werrapi wedett',
 Joe' kärkein myrkost hohtausans Cuiwalla kesa,
 Carkele kyll kerkiäst tuoretten Wirtoin puoleen.
 Toisiad' taas tutkit, cuing' haurem heldeä Carkain
 Hillimätöin Nsi = Mešan, Menon Melkein arwa
 Ihmi'sen Irstaisen, alettua joca ei taida.
 Cuing' myöskin Heinäsircka sristen näyttäpi nähden
 Wanhan wärisewän saurwoinens parabin Käynnän.
 Cossa kyndele näit' kynä ky synyt tarckaul taiten,
 Asianhaaroja myös jult' tuottele Ramatun lähteist
 Langoni, lapsudes joe' oli opetus voican,
 Itmei ränkepi tott' ihastuween mielen ett' kielen,
 Nähden nähtävä ett' sun Cumias Duniin Cuckij.
 Palekana Opetus on pänäns sekä wierys wirku
 Michell wigeliäll, wirasta joe' ottapi warin:
 Kerkiä Cuiteng' saa wiel päällisep kyndäjä palean,

Kunfas on Elon aie' häll' edesä tuldua kesän.
Toipa toivova on sull, Ystävän, Hyödytys armas,
Cunnian Seppeli jo on yhdeyäll Meikyeell valmis,
Joll sun Erunapi pääs Apollo ystävä Toimen:
Kunsaan myös hedelmän sull tuottapi tuleva aica.
Onni ja siunaus siur on caikis hetkis ja vetkis!
Tuoni sitt täytäne siell' jur avarall autuden aumall,
Eääll mitä puuttne viel, tuot' toivotan sydämel caikell!

Joutzenus d. 24 April.
1757.

ANDREAS GIÖS.
Pastor ad Joutzenus.

112



S I R.

Nothing will be more convenient to a reasonable Man, than to have certain Proposals of his Deeds. Who will applicate himself to Learning, must in his Youth, in Regard of his Condition make a good Choice of a certain Science, upon which he may cost his greatest Endeavours and Pains. The Multitude of what is to be learned, where which a Man is overrun, considered in regard to the imbecillity of our understanding, and other Faculties and compared with the Shortness of human Life, and many other inconveniencies will sufficiently prove this Truth
and

and the usefulness of the said rule. This being so necessary a Duty is however very often neglected, many Running after such knowledges, that will afterwards be of very small Use for them, and neglecting Arts and Studies of the greatest Importance. But You Sir, You have very well observed that abovemention'd rule and directed Your Studies accordingly. This present learned Work proves it sufficiently. I have the honour to congratulate You Sir, upon Your Academical Trials, and upon the Laurel who Soon will crown Your Head. I wish Sir, That You may receive a reward within a short Time, answerable to Your Learning and Virtue. Not will be more agreeable to me, than to shew with what Esteem I always am

S I R

Your most sincere

Friend and Servant

JOHN LAGUS.



א הא ו

§. XVIII.



Atis ex iis, quæ parte priori dis-
seruimus, apparet, larga emphasium
segete abundare similitudines, quavis
in Codice sacro pagina occurrentes.
Ejusdem quoque tractationis lapidi
ad finem usque movendo, etsi nos, ultro esse im-
pares fateamur; (hoc namque nec ratio institu-
ti permetteret, nec tam arctis limitibus compre-
hendi posset) tamen ne nostro officio defuisse
videamur, nonnullis adhuc evolutis, quæ præci-
puæ judicari queant, similitudinibus, metam attingere
conabimur. Ad *Onagrum* igitur pedem pro-
movemus, Hebræis פרא appellatum. Hoc Majus(a)
ab Arabum פרה quod *alacrem, petulantem esse* notat,
deducit. Bochartus autem oriri existimat ex Chal-
dæorum פרא currere.(b) Nobis perinde videtur,quam

E

ori-

originem hujus vocis, five Chaldaicam five Hebraicam adoptes, optime tamen evolvenda, quibus hæc occurrit, loca, censemus. Horum multa reperiuntur apud Jobum, qui habitabat in terra Utz, quam cum plerique eruditorum Idumæam fuisse putent, hunc errorem pluribus confutatum dedit Spanhemius, & Ausitidi in Arabia deserta veras restituit sedes. (*) Hinc virum inflatum animum fumere, & pullum Onagri nasci hominem, dicitur Job. XI. v. 12. Prout enim pullus Onagri, suffragante nobis Bocharto (c) multo excitatior est parentibus, *plus éveillé Gall.* adeo ut hos, his dotibus naturæ vincat, & quidem sic, ut quamdiu liber, maxime indomitus sit, ita etiam homo inflatus semet gerit, qui neminem sibi parem existimat, sed omnium excellere, nec ullius dominio subesse vult. (**). Porro, cum cap. XXIV. v. 5. laudati Scriptoris exstat, Onagros in deserto exire, pro more illorum, ut mane locis campestribus alimenta pullis suis quærant, facile elucet, heic respici vitam horum miseram, dum nempe in locis desertis, ubi magna sæpe est pabuli inopia, victus quærendi causa longe lateque vagari coguntur. His pauperes heic confert Jobus, ad Arabum in primis eremicolarum mores & vivendi rationem digitum in-

* Quoniam vero hæc regio Onagris abundat, ab his bestiis cur Jobo frequenter similitudines desumantur, in pro-
 patulo cuius esse putaverim.

** Est inter proverbia Arabum; *Asellus solitudinis suæ,*
 pro *contumaci, suiq;ne cerebri.*

tendens, eoque innuit illos Onagrorum instar per solitudines ferri, & inedia sitique pressos, vix animam agentes, latronum potentiorumque injuriis expositos, sibi suisque prospicere.

(a) Suppl. ad Coccei. Lex. p. 112. (b) P. I. Hieroz. L. I. c. 9. p. 63. (c) P. I. Hieroz, L. I. c. 9. p. 60. l. 37. seq.

§. XIX.

Proinde, quemadmodum alimenta ei subministrant deserta loca, ita etiam variis de causis, deficiente nonnunquam pabulo, *rudere**, & sic de defectu rerum ad victum necessariorum queri dicitur Jobi cap. VI. v. 5. *Num rudit Onager super herbam*, quibus inculcare vult Sacer Scriptor, quam magnæ ejus calamitates essent, & quantis ærumnis miserisque premeret illum Dominus. Mirabantur namque amici ejus, virum, alios erudire & consolari solitum, nunc ejulare & de sua sorte tam graviter conqueri. His igitur respondens, docet, antea non fuisse cur ejularet, ducta similitudine ab Onagris, qui clamare non solent, cum habent cibos, sibi necessarios. E contrario igitur ostendit, prout hi pabulo deficiente, ingemiscunt & perplexi sunt, ac proinde rudunt, ita etiam, cum ad extremitatem malorum devenisset, tot afflictiones, justas sibi met expressisse querelas.

§. XX.

Feritatis gratia Gen. XVI. v. 12. Ismaël ap-
F 2
pel-

(*) Hinc & alio nomine ררץ appellari, a *ruditu* non paucis visum.

pellatur vir Onager. Prout namque non solum habitat in eremo, quem illum diligere satis demonstrant aliquid de illo memoriae prodentes, verum etiam in libertate sua constitutus, tanta immanitate valet, ut difficulter domari possit*: Sic etiam Ismaël, non modo in deserto vitam suam erat transfactus, & feræ, quibus loca solitaria abundant, alimenta ipsi erant præbituræ; verum etiam nullius dominio subjectus, quemcunque impetum adversariorum propellere debebat, cujus vaticinii ostendere implementum, si id ageretur, difficile minime futurum arbitramur. Ob hanc quoque rationem, quod in desertis sedem suam figunt Onagri, vocatur Jerusalem Es. XXXII. v. 14. quæ vastanda foret, gaudium Onagrorum. Sicut enim hi, loca ejusmodi solivaga & ab hominum consortio remota valde expetunt, his commorantur, iisque maxime delectantur, sic etiam Hierosolyma, urbs illa sancta, quam Deus tot cumulaverat bonis, ut post memoriam hominum, nec fuerit, cui talia concesserit, quum ibi peculiari ratione domicilium sibi collocasset Potentissimum Numen, ut adoraretur, qua omnes terrarum incolæ, antiquo sub fœdere, veram religionem amplectentes, Summi Numinis invocandi gratia convenerunt, & qua congestæ fuerunt divitiæ ingentes, subvertenda & funditus delenda erat, ut urbs olim tanto civium numero incluta, jam desertis illis locis, quæ Onagris frequentari solent, simillima evaderet.

§. XXI.

(*) Vid. Auct. a Bochart. citt. P. I. L. III. cap. XVI. c. 87^t.

§. XXI.

Libidinis denique caussa, Judæi onagro comparantur Jer. II. v. 24. & Of. VIII. v. 9. Prout enim femina Onagri adeo ardet in libidinem, ut instar furia circumcurrat, nec frenum injici possit prurienti libidini, in quam toto impetu ruit; ita quoque populus Judaicus, qui nec præmiis nec pœnis in officio contineri potuit, tanto æstu idololatriæ flagrabat, ut in perverso hoc cultu, ceteros quoque gentiles antecelleret, prout Sacri Scriptores sæpius commemorant.

§. XXII.

Hebraeorum, ut olim terra Locustis, ita lingua Locustarum nominibus abundans, & proinde similitudinum, in Sacro Codice occurrentium, magnus est numerus. Decem nomina diversa Locustis in Prophetarum scriptis tribui docuit Bochartus. Horum nonnulla ad institutum nostrum spectantia, excutere lubet. ארבה a *multitudine* dici Locustam, radix רבה *multum, densum esse, multiplicari*, Hebræis usitatissima, vel primo intuitu docet. א א, tem, h. l. esse intensivum, ut in ארבה, ארבה, ארבה, ארבה &c. neminem fugere potest. Nec sine ratione a copia nomen traxit Locusta, quum inter insecta vix aliud illa fecundius invenire liceat. Ovorum namque multitudo tanta est, ut non falem oculis nudis septuaginta horum, verum etiam

armatis viginti millia in una femina animadversa sint. (d) Huc accedit, quod bis, tempore vernali & autumnali puta, gignant. (e) Quapropter etiam Historici de his aliquid memoriæ prodentes cohortem earum tam vastam describunt, ut modo solem obtenebrare dicantur, cum de una in alteram feruntur regionem, modo terram distantia unius milliaris latam & longam ad crassitiam spithamæ obtegere. Proinde, cum tam multæ sint, his Jer. XLVI. v. 23. exercitus hostium numero æquari dicuntur: prout enim hæ numerari non possunt, sic etiam innumerabiles copiæ adversariorum essent. Unde Proverbium apud Arabes vulgare; *Opes* (vel pecudes) *ut Locustæ*, i. e. valde copiosæ. (f) Multitudinis gratia etiam Nahumi cap. III. v. 17. Principes, quorum magnus in urbe Ninive erat numerus, his assimilantur.

(d) Additament. Ludolphi. II. p. 12. Reaumur dans les memoires pour servir à l' Histoire des insectes L. 4. c. 10.
 (e) Thomas Schaw Travels or observations relating to several parts of Barbary and the Levant. (f) P. 11. Hieroz. L. IV. c. 1. p. 443. l. 19.

§. XXIII.

EA porro Locustæ proprietas, qua incertis sedibus huc & illuc vagari amat, variis similitudinibus ansam dedit, & quidem loco citato Prophetam urbem Niniven hunc in modum, ut verbis u-

tamur

tamur Bocharti, alloquitur (g). "Tu quidem es
 urbs populosissima & incolæ tui tibi videntur esse"
 Locustis numero pares & in mœnibus tuis multi"
 mercatores & principes asylum quærunt, quomo-"
 do Locustæ in sepibus, cum frigent. Sed non "
 est, quod confidas, tam numerosæ multitudini, aut"
 horum mercatorum opibus, vel principum & du-"
 cum tuorum viribus intumescas. Quippe ut orto"
 sole Locustæ avolant, & sepem eam deserunt, "
 quæ in tempore frigoris pro suffugio illis fuerat, "
 sic populi, mercatores, principes, qui cum res "
 tulit, ad mœnia tua confugerant, quamprimum "
 rei alibi melius gerendæ occasio & spes affulge-"
 bit, unanimi consensu te ita derelinquent, ut "
 ne minimum quidem supersit illorum vestigium."

(g) Bochart Hieroz. L. IV. c. II. p. 458. l. 16.

§. XXIV.

Multitudo locustarum, cum voracitate earum con-
 juncta, respicitur Jud. VI. v. 5. VII. v. 12.
 dum priori loco Midianitæ & Amaiekitæ, cum pe-
 cudibus & tuguriis suis describuntur, tamquam
 Locustæ, quæ non saltem innumerabiles erant, ve-
 rum etiam omnia, in terris fata devorabant. Prout
 enim Historia & quotidiana experientia testatur,
 in regionibus, quibus vagantur, omnem herbam
 exedunt, ne gramen æstate, nec fœnum hyeme
 pecoribus supersit, & hoc quidem usque ad radi-
 cem, adeo ut & proximi anni proventus impedia-
 tur,

tur, cui duæ nobis in promptu sunt rationes. Neminem enim, aliquantisper in Historia Naturali versatum, fugit, omne gramen perenne ad radicem usque detonsum, sic calore solis exsiccari, ut non tantum humores, quæ in radicibus occultæ jacent, avolent, verum etiam inutiles ad crescendum evadant, & in terra penitus putrescant. Quid igitur dicamus de herbis; quæ non sunt perennes; semina namque harum, de quibus futuro anno novæ producerentur plantæ, jam ab illis depasta sunt, adeoque cum nullum adsit semen profus pereunt. Huc accedit altera, quod plerumque contactu suo adurant; saliva namque earum virus est herbis & arboribus tam noxium, ut in quodcumque incidat, id deperdat. Nec solum contenti has clades inferre, omne frumentum in agris exedunt, ne quid colligendum relinquatur mesforibus, vineas corrumpunt, & arboribus non saltem folia detondunt, verum etiam ramos tenuiores, abscindunt & corticem, usque ad interiorem, cum cetera desunt, abrodunt, quibus fit, ut homines victu & amictu destituantur. Huic voracitati Locustarum non parum conferunt dentes & rictus latus, quibus hoc animal præcipue præditum est. Dentes enim earum, lapides duritie æquare dicuntur, unde etiam dentes Leonum Apoc. IX. v. 8. his tribuuntur. Rictus quoque earum valde latus observatur, quo ad corrumpendum omnia sibi obvia, tanto aptior evadat. Posteriori loco cap. VII. v. 12. præcipue consuetudo hujus

hujus animalis respicitur in loca humilia semet demittendi. Loca namque inter juga & colles sita in Palæstina, ut alibi plerumque, herbis aliisque vegetabilibus abundabant, adeoque invasioni hujus hostis exposita magis erant. Quum igitur hostes Judæorum tali etiam modo castra inter montes posuissent, ea propter haud absimiles erant Locustis.

§. XXV.

NAh. III. v. 15. hostes supra nominatos Ninivitis bellum inferentes, illis, instar Locustarum, superventuros esse dicitur, quo intenditur, quemadmodum animalia hæc inopinato & prius invadunt regionem, quam quis sibi prospicere ac sua in tuto collocare possit, & ita quidem, ut in locis, quibus paulo ante ne minimum vestigium horum repertum est, terraque pulcritudinis ergo semet jactitare videbatur, mox innumeri cohortes grassantur omniaque devastant, ut ne minimum quidem gramen supersit; sic etiam hostes ex improvviso aggressuros, oppressuros, atque deleturos fore Ninivitas.

§. XXVI.

Job. XXXIX. v. 20. Deus cum Jobo loquens, equum, habita motus desultorii ratione, Locustæ comparat. Est enim Locusta animal saltabun-

bundum, toto cum corpore in altum semet tollens, rarissimeque pedibus incedens, ut & inde lingua Italis vernacula *saltarella*, Gallis *sauterelle* & Lev. XI. v. 22. חררגל, nomine a *saltando* apud Arabes derivato, adpelletur. Equus vero vel ad usum, fossam, rivum aut vallum obvium transilit, vel ad pompam, plano in solo ideo defultat, ut agilitatis suæ specimen edat, & detineat spectantium oculos, mereaturque vulgi applausum. Motum hunc Locustæ Rex Salomo voce חררגל Eccles. XII. v. 3. senem cum illa conferens, respicere videtur. Ceterum ad strepitum alarum, quem edunt Locustæ, respici loco citato, ut ex Ps. XLII. v. 16. probare conantur nonnulli, vix crediderim. Locustæ enim licet tanto pennarum stridore volare dicantur, ut inde aliæ alites credantur; illarum tamen stridor haud quaquam conferri potest cum sono, quem excitant equi quadrupedantes. Præterea non confertur hic equorum agmen cum nube Locustarum gregatim volantium, sed comparatur unus equus uni Locustæ, nempe motus ratione, non soni, quem singulæ non excitant, nisi valde exilem. (b)

(b) Bochart. Hieroz. P. I. L. II, cap. VIII. p. 122.

§. XXVII.

Ils porro quæ supra monuimus, de inconstantia Locustarum, pauca adhuc observatu digna addere

dere lubet circa Pf. CIX. v. 23. ubi Psalmista, persequente filio, semet instar Locustæ in fugam conijci queritur. Ex una enim in alteram feruntur regionem Locustæ, & quamprimum uno loco alimenta illis defunt, illa derelinquunt, & ad alia se conferunt, & quidem tanta celeritate, ut vix crederes, illas adfuisse, ni vestigia harum tristia manerent. Præterea quotidiana experientia docet Locustas, quamprimum quem semet capere velle animadvertunt, continuatis saltibus terga vertere, nec ullo loco tutas ab insectatorum insidiis esse, cum non nidos sibi construunt, in quos ad modum reliquorum animalium, semet recipiant. Huc quoque accedit, cum ex Historia Sacra constet, munera, quæ Barzillai Davidi offerebat, fuisse autumnalia, & proinde, hoc tempore hanc ejus fugam contigisse, quo alienas terras quærere solent Locustæ, haud absimile videri, illas etiam tunc ex Arabia ad Jordanem venisse, quo semet Rex contulerat, eaque occasione rem istam præsentem similitudinem hanc, prout sæpius in Scriptura, Davidi præbuisse.

§. XXVIII.

Ordō denique Locustarum jam nobis considerandus est, de quo sapientissimus Regum sic verba facit Prov. XXX v. 27. Regem non habent Locustæ, & tamen egrediuntur *לורץ כלל* præcisæ omnes, i. e. ut LXX. *σρατιοι εντακτως*, cum quibus

consentit Arabs. (*) Constat namque cohortes Locustarum non ad modum apum regem habere, cujus ductui ceteræ subsint, adeo ut cum hic occupatus sit, illæ etjam nec sint otiosæ, & cum avolet, reliquæ etjam illum sequantur. Interim tamen ex eorum sunt genere animalium, quæ ut exercitus congregantur, teste Damirio apud Borchartum P. II. col. 460. certoque observato ordine migrant ac diversantur. Verba igitur allata licet explicite nullam heic similitudinem exhibeant; implicite tamen hanc sententiam Regis Salomonis esse existimamus, ut videlicet hoc exemplo hominum disensiones redarguat, quos ne legibus quidem, neque vi in officio continere Imperantes possunt, & quibus sapientiores esse Locustas subinnuit, quod duce destitutæ, ordine certo & non turbato, & ingenti numero ab una regione in aliam migrent.

§. XXIX.

Immensam Locustarum copiam & turmatim volandi rationem etiam nomine חַגָבָה indigitari, vocis hujus origo docet. Hoc enim a Chagaba, verbo Arabibus hodiernum *velandi* significatu frequen-

(*) Et recte quidem; quia חַגָבָה & צָבָה formaliter *sectionem* ac *præcisionem* notant, uti cognatum צָבָה *præcisio* autem metaphorice *præcisum* i. e. *exactum ordinem* Locustarum designare commode potest.

quentato, derivandum, umbræ notionem infert: idque ea propter, quod immensa illarum agmina velum quasi soli obtendere radiosque ejus, ne terram attingant, prohibere, immo cœlum in media luce, spatio nonnunquam duodecim milliarium, obumbrare soleant. Hinc igitur elucet, cur Joël c. II. v. 10. dicat, ante ipsam commoveri terram, contremiscere cœlum, solem & lunam obscurari & stellas contrahere lucem suam. Cum enim præcipua cœli virtus sit in lumine; quidni eo prohibito atque, ut sic dicam, harum obumbratione extincto, moveri dicatur cœli virtus, adeoque ipsum cœlum. Commoveri etjam terra dicitur, cum homines incolæ terræ, gravi metu, aut subita & improvisa calamitate, concutiuntur, prout tam exempla hujus locutionis in Scripturis passim suppetunt, quam mala, quæ terris inferunt, fatis demonstrant.

§. XXX.

Tenuitatem hujus animalis respici, cum Num. XIII. v. 34. Exploratores terræ Canaan semet conferunt intuitu Gigantum, qui ibi habitabant Locustis & Es. XL. v. 22. incolæ orbis terrarum ratione Dei esse ut Locustæ, dicuntur, haud difficile est demonstratu, ubi perpendimus, magnitudinem ejus vix longitudinem digiti excedere, prout Historiæ Naturalis Scriptores commemorant, quod & quotidiana experientia demonstrat, dum animadver-

timus maximam partem hanc mensuram vix tenere. Hinc jam patet, cur exploratores, qui semet admodum pusillos respectu Anakæorum Gigantum reddere cupiebant, collatione facta inter se & illos, tam tenues se sibi ac locustas visos fuisse dicerent. Quum igitur tam parvos semet putarent Israelitæ, quanto minores non erunt homines, si conferantur cum Deo, cujus magnitudo omnem superat mensuram, quod insinuare velle Prophetam, loco supra nominato, similitudine Locustarum, sponte patescit.

§. XXXI.

tertia Locustæ designandæ adhibita vox, uno saltem loco Scripturæ, similitudinem ingreditur, ubi desolationem hostium illi, qua agros devastant noxia horum animalium agmina, comparat Propheta, Ef. XXXIII. v. 4. וְאָסַף אֶתְכֶם כְּלֶמֶת הַחַסִּיל colligetur præda vestra collectione Locustæ. Radix hujus vocis אָסַף significat *absumere, consumere*, unde statim patet, quid indiget Propheta verbis allatis, i. e. ita colligetur vicissim spoliolum tuum, ut Locustæ agros vastare sueverunt, quos non nisi nudos relinquunt. *Quarta*, qua Locustæ in Scripturis nominantur, vox est לָקַץ, quæ cum descendat a לָקַץ *lambit, linxit*, voracitatem hujus pestis, herbas segetes aliaque lambendo quasi absumentis, indigitare videtur. Additur huic Jer. LI. v. 27. epitheton אֲנָשִׁים, equitesque hostium invasuri dicuntur, instar Locu-

custæ, & numero & perdendi consilio *horridi*. Etenim non pilorum ratione, quos in capite hujus animalis observant naturæ curiosi, *רסס horridam* appellari Locustam; sed ob metum, quem immensa agmina in regionem aliquam ingruentia, incolis incutere solent, recte quidem terribilem audire, tot tantaque mala, famem, pestem, reliqua vastando ac perdendo omnia, inducentem, facile patet. Ceterum, quæ de *קלי* ex Jer. LI. v. 14. Nah. III. 15. 16, & de *גוי*, quod vi originis, e *terra emergentem* notat ex Nah. III. v. 15. & Es. XXXIII. v. 4. dicenda nobis essent, per ea, quæ supra differuimus, intelligi absque difficultate poterunt. Nobis vero, temporis rationem habituris, quia pluribus, cetera ad hoc argumentum pertinentia persequi non licet; hisce contentus, innoxii nostris conatibus faveas C. L. enixe rogamus.

S. D. G.



Ustawyden Merkki

Ja

Onnen Toivotus /

Corctiasroppenullen Herrallen

CANDIDATILLEN,

Cosca Hän toisen kerran / Turun Yliskoulussa /

Oppenutten canşa urhollisestii Taisteli.



<p>S Osea káwín Cangarella, Manderella, Mesistósta, Kewáán tulo cakomasha, Herran tóitá tutkimasha; Panin isen pongalleni, Murmi maalle nučkaiselle, Otin cučkáfen káteeni, Wielá toisen toisehengin, Máille nime ekisfelin Luonon kirjast larwiasta. Wielá likemmin likenin, Mieleheni johdattelin, Cuinga Luoja náitá luonut Cummiayens cansoillensa. Tásá paicas parahasha, Ityereni istueša, Učkáisjnbá ihanaisen, Meiton nuoren nádstánsá, Heldosilmán Hembulaisen, Wielá suustakim suloisen: Joca iloll ihanalla,</p>	<p>† Juttueli julkisestii, ‡ Cumpanista caunihista, § Ystáwástan ylimmáša, ¶ Et on airvul ang-ralla, * Váállá myöskin puhtahalla, ‡ Asiata ajatellut, § Wickelásti wastaellut, ¶ Auran Academiaša, * Pindin piirvin Cuckulalla. ‡ Coscan sanoman suloisen § Cuulin canşa Cumpanistan; ¶ Cohta kiruhdin Cotia, * Tasaisesti tallustelin, ‡ Otin kynán káteheni, § Panin pöydälle paperin, ¶ Riejoittamaan kiruhusti, * Piirtámáhán picaisesti: ‡ Toivotusta tuttulleni, § Tämän pärmán pirtájälle, ¶ Sinnaurta siliátá, ‡ Onnen lahjoša lawian.</p>
--	--

Hauhosda sinä 18. p.
Huhti 6. Cuusa 1757.

CHRISTOPH. HERKEPÆUS.
Hämäläinen.